

# Alte Drucke

**Dauidis Chytræi In Historiam Iosvæ, Ivdicvm, Rvth, in  
Prophetas & Psalmos aliquot; & Sententias Syracidæ**

**Chyträus, David**

**Lipsiae, 1592**

**VD16 C 2504 T. II**

**Caput V.**

---

#### **Nutzungsbedingungen**

Die Digitalisate des Francke-Portals sind urheberrechtlich geschützt. Sie dürfen für wissenschaftliche und private Zwecke heruntergeladen und ausgedruckt werden. Vorhandene Herkunftsbezeichnungen dürfen dabei nicht entfernt werden.

Eine kommerzielle oder institutionelle Nutzung oder Veröffentlichung dieser Inhalte ist ohne vorheriges schriftliches Einverständnis des Studienzentrums August Hermann Francke der Franckeschen Stiftungen nicht gestattet, das ggf. auf weitere Institutionen als Rechteinhaber verweist. Für die Veröffentlichung der Digitalisate können gemäß der Gebührenordnung der Franckeschen Stiftungen Entgelte erhoben werden.

Zur Erteilung einer Veröffentlichungsgenehmigung wenden Sie sich bitte an die Leiterin des Studienzentrums, Frau Dr. Britta Klosterberg, Franckeplatz 1, Haus 22-24, 06110 Halle (studienzentrum@francke-halle.de)

#### **Terms of use**

All digital documents of the Francke-Portal are protected by copyright. They may be downloaded and printed only for non-commercial educational, research and private purposes. Attached provenance marks may not be removed.

Commercial or institutional use or publication of these digital documents in printed or digital form is not allowed without obtaining prior written permission by the Study Center August Hermann Francke of the Francke Foundations which can refer to other institutions as right holders. If digital documents are published, the Study Center is entitled to charge a fee in accordance with the scale of charges of the Francke Foundations.

For reproduction requests please contact the Study Center, Frau Dr. Britta Klosterberg, Franckeplatz 1, Haus 22-24, 06110 Halle (studienzentrum@francke-halle.de)

Chy

& conuicti veris argumentis libenter cedant, & fateantur errorem, & simul victor & victus Deo pro inuenta veritate gratias agant, vt Augustinus de multis doctrinæ Christianæ partibus, suos errores confitetur in libris tractationum & confessionum. Hippocrates ingenuè fatetur suturas humani capitum sibi ignotas fuisse. Huc pertinent dicta: Cur nescire pudens prauè, quam discere malo. Errare humanum est, perseverare in erroribus Diabolicum. εγώ πάντως τούς οὐρανούς λέγοντι μη συγχωρεῖν. Non fas est recte dicenti non assentiri. Item: τὰ μὲν ἀπόθεμα, τὰ δὲ ἀπόθεμα. Quædam persuadens, in quibusdam sibi persuaderi sinens.

*Ne sis, ut hi qui verbis prolixè pollicentur, Ne sis, sicut Leo in domo tua, Non sit manus tua aperta ad accipendum. Postremæ tres sententiae, Primo leuitatem promissionum, pugnantem cum veritate: Secundo, Tyrannidem in familia, pugnantem cum humanitate & mansuetudine: Tertio, Sordes seu avaritiam, pugnantem cum beneficentia, prohibent. Sed pietas, Pudor, Fides, Priuata bona sunt: qua iuuat reges eunt.*

## Caput V.

Fiducia opū.

Securitas  
carnalis.Poenitentiam  
mature age.

Constantia.

Veritas.  
Grauitas.

O L I confidere in opibus tuis, & ne cogita, sat habeo pro me, constabili res meas. Non geras quicquam secundum libidinem tuam, et iam si possis. Non indulgeas cupiditatibus. Ne cogitaueris: Quis potest me prohibere? Dominus enim uindex ille supremus uiscisetur. Vide ne cogires, tamen antea quoq; peccavi. Nam Dominus quidem patiens est, impunem tamen non dimitet. Non sis adeo securus, et iam si ad peccata aliquandis Deus connueat, ut porro pergas peccare. Noli cogitare, Deus valde est misericors, non sumet poenas quantumcumq; peccatum. Breui potest tam in ardescere ira, quam est misericors, & aduersus impios ingens omnino & infinita est ira eius. Ne diffidat conuerti ad Dominum, neq; hoc extrahas de die in diem. Ira enim illius subito ingruit, uiscisetur id, & perdet te. Ne confidas in opibus male partis. Neq; enim prosunt quicquam in hora temptationum. Ne agiteris a quo quis vento, neq; quando semitam sequaris, quemadmodum animi parum constantes faciunt: Sed sis constans in verbo tuo, & sanam doctrinam retine. Sis paratus ad audiendum, & responde quod rectum est, neq; precipitanter agas quicquam. Si intelligis sat is causam, edocero proximum tuum. Sin minus, occlude os tuum. Loqui

enim

enim adfert honorem, loqui item adfert ignominiam, Et hominem saepe sua ipsius lingua euertit. Ne sis susurro, neq; cui- quam detrahas lingua tua. Turpisima quidem res est, esse furrem, at longe fædus est, esse detractorem. Ne parui facias, seu exiguum sit siue magnum, in quo obtrectas. Non commoueat te quicquam ut erga amicum mutes voluntatem, Nam eiusmodi obtrectatores tandem pudeſunt.

Prima sententia prohibet Fiduciam pecunia & opibus, tanquam certis & firmis aduersus omnia mala præſidijs, magis quam Deo nitentem. Quæ propriæ pugnat cum primo præcepto, cum fide in Deo super omnia acquiescente & certo statuente se Deo curæ esse, & ab ipso victum, defensionem & alia bona accipere. Ne cogita, sat habeo pro me. Confer Christi concionem aduersus Auaritiam & solicitudinem Deo diffidentem, Matth. 6. Luc. 12. Anima mea, habes bona multa, quiesce, comedere, bibe, lætare, &c.

*Non geras quicquam secundum libidinem tuam, etiam si possis.* Sequens concio prohibet Securitatem, quæ sine cura seu sine metu iræ & iudicij diuinac pœnarum indulget omnibus cupiditatibus & sceleribus. Hæc propriæ pugnat cum primo Præcepto. Virtus opposita est Timor Dei, quo agnoscet Timor Dei. tes horrendam Dei iram & pœnas aduersus peccata, vero corde de peccatis admissis mature pœnitentiam agimus, & deinceps à delictis abstinemus, & omnia vitæ consilia & actiones ad normam voluntatis & verbi diuini gubernamus. Semper autem maxima pars generis humani vivit in perpetuo stupore, negligente iram & iudicium Dei, & omnibus libidinibus frenos laxante, eo liberius, quia non statim Deus omnes fontes pœnis obruit. Sed interduum eas aliquantisper differt, ut spacium pœnitentiæ miseris concedat. Hac mora, qua ad salutem suam homines vti, & pro qua Deo gratias agere debebant, plerique ad confirmandam securitatem & cumulanda sclera abutuntur. Ideo & pœnae tandem horribiliter cumulantr. Lento enim gradu ad vindictam sui diuina procedit ira: & tarditatem supplicij & gravitate compensat. Nec quisquam hominum speret se impunè sua sclera laturum esse, sicut inquit Job: Verebar omnia opera mea, sciens Domine quod non parcis delinquenti. Hæc doctrina ad locum communem de Prouidentia Dei & pœnis scelerum pertinet. & congruunt similia dicta apud ethnicos, εὐρεῖς τὸν ἀλιτρὸν ἔχεις θεοὺς ἐκδίκους οὐμα. Inuenit iniustum, & cernit Deus omnia vindex. Plato. θεῶν αἱ ξυνέπεται δικη τὸ δοκιλεῖτον εἰς τὸν λύκον· οὐδὲ διδασκοῦσσαν μέλλων αἱ μέτοχοι θεῶν. Deum semper comitatur iusticia, puniens eos, qui legem Dei violent. Et de tarditate aemora, quam Deus in præmiis & pœnis distribuendis interduum necit, dignæ memoria sunt sententiæ Euripidis:

Χρόνια μὲν τὰ τοῦ θεοῦ, εἰς τέλον δὲ καὶ οὐδενῆ.

Quando opem differt Deus, tunc finis est conspectior. Et Sophoclis:

Θεοὶ γὰρ μὲν ὁ φέδες εἰσορῶστος, ὅταν

τὰ θεῖα φέδες τις εἰς τὸ μανιεραῖς τελεῖ:

Punit Deus sero quidem, sed duriter.

Yy

Huc

Ne gero nobis  
Dives?

Job.

Huc primum, 2. 3. 4. & 5. caput sapientiae pertinet. & Plutarchi libel-  
ius τερτιόν τούτον θεωρεῖται τημαρτυρίαν.

In primis autem in hac concione Syracidae admonitio de penitentia  
mature agenda, & non de die in diem differenda, & congruens cum illa Ba-  
silij dictum obseruetur & ad usum transferatur.

Οὐ δέ καὶ πάσιν αἰσχύνεται τὴν ἑαυτὸν διορθώσας, διὰ τὸ φαλὲς μὴ ἔχει περιποίησιν.  
οὐ τολμεῖ τὸν τολμανταριόν, τὴν αὔξοντα παρέλαβον.

*Non confidas in opibus.* Repetit primam capituli sententiam, & inserit re-  
prehensionem αἰχμαλωσείας congruentem cum versu Hesiodi :

μὴ κακὰ περιδιένειν, καὶ πέρια τοῦ ἄγνωτον.

*Ne male lucreris, mala lucra equalia damnis.*

*Ne agiteris a quoque vento, neque quamvis semitam sequaris.* Sequens pars  
quinti capituli usq; ad finem, continet doctrinam octaui Praecepti, de vi-  
ritate et constantia et moderato ac prudenti  
usus lingua, et fugienda obtrectatione. Primum  
autem monet vitandam esse levitatem & inconstantiam subinde mutantem  
sententias, voluntates, consilia, mores, studia & actiones. Huic vicio op-  
posita virtus est Constantia, quae est perseverantia in veritate, quam  
in omni cogitatione & doctrina de Deo, in officijs nostrae vocationis, in mo-  
ribus, & omnibus vita consilijs, sermonibus & actionibus, certam & im-  
motam normam veritatis & iustitiae in verbo Dei traditam sequimur: &  
ad hanc regulam omnia vitae consilia dirigimus, & eadem vera, recta & iu-  
sta perpetuo & equabiliter eligimus, dicimus & facimus. Vtitur autem Sy-  
racides hoc in loco duabus Metaphoris, a vento & via summis, quibus Pan-  
lus etiam ephes. 4. usus est, cum inquit : Deum instituisse & conseruare mi-  
nisterium euangelij, excitatis subinde Doctoribus & ministris salutaribus,  
vt perueniamus omnes ad unam fidem & agnitionem filij Dei, nec sicut pu-  
eri fluctuamus & circumferamur omni vento doctrinæ, per imposturas ho-  
minum, quibus latente via adoruntur nos, vt nos seducant. *Neg. quam-  
vis semitam sequaris.* Seneca : Qui quo destinauit, peruenire vult, unam se-  
qui viam, non per multas vagari debet: non ire istud, sed errare est. *Sic  
paratus ad audiendum.* Iacob. 1. Sit omnis homo velox ad audiendum &  
discendum, tardus ad loquendum. Potest ad Docilitatem, & comitatem  
in alijs audiendis referri. *Et responde quod rectum est.* Praeceptum de  
Veritate. Dicas vera, recta, explicata, congruentia cum re ipsa & cum no-  
ma rectitudinis in mente diuina, reuelata in verbo Dei.

*Neque præcipitanter agas quicquam.* G R A V I T A S est virtus, quæ veri,  
iusta, necessaria, sapienter cogitata, & recte intellecta, conuenienti tempo-  
re & loco dicit & facit, vt Demosthenes dixit : Se non modo scripta, sed  
etiam sculpta, si possit, dicturum esse. Quia improbum ciuem esse indicet,  
qui de rebus magnis loqui audeat, re non diu ante multumque cogitat.  
Extrema sunt, Lentitas seu stupor : & Leuitas seu Præcipitantia : de qua Bi-  
as dixit : Ne citò loquaris, est enim insaniae indicium. Item : Ad peniten-  
tium properat, citò qui iudicat. *Si intelligis satis causam, edoceto proxi-  
mum tuum.* Isocrates, δύο τοις καὶ τοῖς οὐ λέγειν. η τερτιόν τοῦ οἰδα ταφῶς, η τετάρτην  
αἴσχυλον εἶπεν. οὐ δέ τοις ἀλλοίς ἀμενονταί γενναντον τὸ λέγειν. Duo facias tempora lo-  
quendi, aut de ijs, que exploratè tibi perspecta & cognita sunt, aut de qui-  
bus necesse est dicere: In alijs melius est racere quam loqui. *Hominem /  
pe sua ipsius lingua cuerit.* Euripides : η χαλίων τομάτων τὸ τέλον δυσυχία, Lin-  
guæ

Chy

quæ effrenis finis est calamitas. *Ne sis susurro, neq; cuiquam detrahas lingua tua.* Prohibet *Obtrectationem*, quæ aliorum famam arrodit, & de abstinentibus male loquitur, vel falsa crimina illi tribuens, vel recta facta aut excusabilia deprauans, vel errata aliqua & næuos in immensum amplificans & late spargens. *Proprie pugnat cum Candore & Veritate.*

*Longè fædus est esse detrectatorem quam furum.* Quia fur bona externa tantummodo, *Obtrectator* autem bonam famam & existimationem, quæ vita carior est, clanculum alteri eripere conatur.

## Caput VI.

I. De Candore.

II. De Amicis perfidis & fidis.

III. De studio Sapientiae seu Pietatis vero.

*N*E videaris tibi ipsi nimis sapiens, ut quo suis facile culpes, ne folia tua marcescant, & fructus tui decidunt, ne quando tu sis instar arboris exarescentis. Nam eiusmodi homo virulentus nocet sibi, & coram inimicis suis erit ludibrius. Econtra, qui omnia in bonam partem interpretantur, conciliant sibi amicos multos. Et qui in negotijs equos se præbent, erga se quoq; alios vicissim equos inuenient.

Erga omnes sis comis & benevolus, inter mille autem vix vniuersitas. Ne cui amico confidas, nisi tibi in necessitate exploratus sit: multi enim sunt amici, sua commoda venantes, verum in necessitate non perdurant. Et pleriq; amici sunt, qui leui momento inimici sunt, tum sic acerbi, ut si vel parricidium de te noscent, proferrent foras. Pleriq; etiam sunt amici mensæ, ac ne hi quidem in necessitate perdurant. Tantis per, dum res tibi sunt secunda, adiunctus tibi manet, & domestice tibi conuersatur, ac si paterfamilias. Verum fortuna inclinata, contra te agit, neq; inueniri se patitur. Segrega te ab inimicis tuis, at nihil secus ab amicis etiam caue. Firmus amicus fortis est munitio, hunc qui habet, thesaurum magnum possidet. Sincerus amicus, auro & opibus omnibus preciosior est. Amicus fidus solatio est in omni vita. Qui Deum timet eiusmodi amicum nanciscitur. Nam timenti Deum cultura amicorum cedet feliciter, & sicuti ipse fuerit, ita & amicus eius erit.

Obtrectatio.

Ry 2

Fili